

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

871 - 873

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](#)

diana prædicatorum canonicorum stipendia persolvere possit. quod ut firmum et inconcussum omni permaneat ævo, hanc cartulam inde conscribi testesque subscribi eorumque subscriptione fecimus corroborari. acta sunt hæc in civitate Argentina anno dominice incarnationis 871, regnante Ludewico pio ac serenissimo imperatore et consensum una cum principibus præbente, anno autem 30 regni ejus; in horum præsentia testium: Lutthardi, Ripoldi, Dietberti, Regineri, Gumperti, Hugonis, Joannis, Walgeri, Druttheri, Lutterici, Ingoldi, Odalhardi, Gonelini, Hennerammi. ego Eberhardus cancellarius ad vicem Luttperti<sup>1</sup> archicancellarii recognovi.

*B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 3463 aus einem Papier-Copialbuch des Straßb. Domstifts von 480 Blättern, Urk. Nr. 101 in der Schrift des ausgehenden 16ten Jahrh. Offenbar in der vorliegenden Fassung, wie Anfangs- und Schlussprotocoll beweisen, nach dem Muster einer Königsurkunde Ludwigs des Deutschen später zurecht gemacht.*

31. Hludowicus rex Rataldo Strazburgensi episcopo petente præceptum genitoris sui Ludovici imperatoris sibi oblatum, quo homines ecclesiae Argentoratensis ab omnibus vectigalibus immunes declarabantur (nr. 23), iisdem fere verbis confirmat. «cum petitionibus servorum dei justis». Hebarhardus cancellarius ad vicem Liutberti archicapellani recognovit. data 2 idus junii anno 36 regni in orientali Francia, inductione 6. actum Aquisgrani palatio regio. 873 Juni 12 Aachen.

*Aus Grandidier Hist. de l'egl. de Strasb. II p. j. p. 256 nr. 138 ex inserto diplomatis Caroli IV imper. a. 1356. — Böhmer Reg. Karol. nr. 837. Cfr. Sickel Beitr. z. Dipl. I, 59, der das Stück für unbedenklich hält.*

32. König Ludwig der Deutsche bestätigt auf Bitten des Bischofs Ratald alle der Straßburger Kirche gemachten Schenkungen und ertheilten Privilegien und bewilligt ihm ferner das Recht, an einem beliebigen Ort des bischöflichen Territoriums eine Münzstätte zu errichten. 873 Juni 12 Aachen.

In nomine sanctæ et individuæ trinitatis. Hludowicus divina favente gratia rex. cum petitionibus servorum dei justis et rationabilibus divini cultus amore favemus, superni munera donum nobis a domino impertiri minime diffidimus. igitur omnium fidelium sanctæ dei ecclesiae et nostrorum præsentium videlicet et futurorum comperiat industria, quia vir venerabilis Rataldus Strazburgensis urbis episcopus nostram adiit excellentiam referens manusuetudini nostræ, qualiter ob incuriam ministrorum ipsius ecclesiae omnia munimina cartarum, quæ inibi haberi videbantur, igne concremata fuerint. idcirco nostram deprecatus est pietatem, ut per nostræ auctoritatis præceptum omnes res et familiam, quæ tunc temporis eadem ecclesia, quæ constructa habetur in honore beate dei genitricis semperque virginis Mariæ, quæ habuisse dinoscitur, quando haec res accidit, denuo confirmaremus et corroboraremus. sed ut, domino adjuvante et nobis opem ferente, præfatam ecclesiam ad pristinum posset revocare statum et a nemine pro hac re nullum de rebus vel familiis juste et legaliter ibi pertinentibus sentiat dispendium, hanc nostræ auctoritatis præceptionem fieri decrevimus, per quam omnes res ac mancipia, quæ a religiosis viris seu a prædecessoribus nostris vel a quibuslibet hominibus eidem ecclesiæ collatæ fuisse noscuntur, sub immunitatis nostræ tui-

<sup>1</sup> Anstatt Herbarhardus und Liutberti.